

verbis et actu canere: Non fedi in conciliis vanitati, et cum
antiqua gentibus non introibo. Alii congregatione malignorum,
et cum impiis non sedabo.

^{a/} deest' cod.

^{b/} Inf. l. cod.

^{c/} officii 3.

^{d/} et p.p.r. i. r. defunct 3

^{e/} suspecta 3.

f. 125'

^{f/} denudata i. a. r. a. m.
exagerata 3.

13. Quod praepositorum culpa nec omnes legendae sint,
nec omnes denudandae. Praepositorum culpa iuxta reveren-
tiam fitorum a subditis denudandae non sunt, sed potius legendae.
Exemplum sem est Daphnes in eo, quod patris reverenda
cooperuerunt, discretionem adiuncta, ista nos imitari oportet, ut
nec ad dexteram nec ad sinistram declinare valeamus. Qua
de re nec omnes praepositorum culpa legendae sunt, nec
omnes denudandae. Mi enim cetera omittam, illa nimirum
culpa, quae catholicae religioni obfidetur, si aliter
emendari non potest, proculdubio denudanda est, ne per
eam ignarae vel simplices animae pereant. Quaedam
praepositorum culpa teste pontificali libro adeo super-
abundant, ut apicibus trudentur, utque, non ut imitentur,
sed ut in posteris caveantur. Notum est enim, quod mala
praepositorum actio generaliter subditis nocet, eo quod pec-
cata regis redundans in populum, et peccata populi redun-
dens in regem. Sed nunc de illa culpa specialiter sermo
frequenter, quae meticulosos vel simplices in catholica reli-
gione supplantat. Ista enim culpa non a subditis est denu-
danda, sed a suis auctoribus magis exaggeranda. Nos actum istiusmodi
noxe nec favorem nec adfensum promittere audemus, sed procul ab ea
discedere debemus. Denique apostolus Paulus, qui clamat: Imitatores mei